



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Vre Ibidem. Descriptio LXXXIV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

VULPES. PISCANS.

Expressa ex Olao.

Descriptio XCI.

OMnes in vnam vulpem fraudes natura videtur concessisse. Nihil tam varium, solers, subdolum, versatile, fraudulentum: vna est in plagis septentrionalibus, vt in cæteris, sic in piscando, ingenio proflus admirabili. Obambulat igitur in ripa fluminis, & si quando pisciculorum, maxime vero cancerorum subijt desiderium, caudam villis, ferisque obstitam molliet demittit in flumen: hanc summas aquis instar retis innatantem, cancri prædam, credo opportunam rati mordicus appetunt, sed illa summa celestitate caudam retrahit, & inhaerentem cancerum icu affligit ad terram, mox læta pabulatur.

BOS. VNICORNIS.

Ex Cæsaris libro 6. de bello Gallico.

Descriptio XCII.

EST bos cerui figura, cuius à mediâ fronte inter aures vnum cornu existit excelsius, magisque directum his, quæ nobis nota sunt cornibus: ab eius summo sicut palmae ramique late diffunduntur. Eadem est foeminae marisque natura, eadem forma magnitudoque cornuum.

ALCES IBIDEM.

Descriptio XCIII.

Sunt quæ appellantur Alces. Harum est consimilis capris figura, & varietas pellium: sed magnitudine paulo antecedunt, mutilæque sunt cornibus: & crura sine nodis articulisque habent: neque quietis causa procumbunt, neque si quo afflictæ casu considerunt, erigere sese aut subleuare possunt. His sunt arbores pro cubilibus; ad eas se ap-

plicant, atque ita paulum modo acclinatæ quietem capiunt, quarum ex vestigijs cum est animaduersum à venatoribus, quò se recipere consueuerunt, omnes eò loco, aut à radicibus subruunt, aut absciunt arbores, tantum vt summa species earum stantium relinquatur. Huc cum se consuetudine acclinauerint, infirmas arbores pondere affligunt, atque vna ipsæ concidunt.

VRI IBIDEM.

Descriptio LXXXIV.

VRI sunt magnitudine paulo infra elephantos, specie & colore & figura tauri: magna vis est eorum, & magna velocitas: neque homini, neque feræ, quam conspexerunt, parcent: hos studiose foucis captos interficiunt. Hoc se labore durant adulescentes, atque hoc genere venationis exercent, & qui iurimos ex his interfecerunt, relatis in publicum cornibus, quæ sint testimonio, magnam ferunt laudem. Sed assuescere ad homines, & mansuescere, ne paruuli quidem excepti possunt. Amplitudo cornuum & figura, & species, multum à nostrorum bouum cornibus differt. Hæc studiose conquista, ab labris argento circumeludent, atque in amplissimis epulis pro poculis vtuntur.

PISCES.

GETVS.

Maffæus, Stylo historico.

Descriptio XCIV.

PER eosdem serè menses nouum, & multiplex aliud in mari miraculum exitit. Classis nauium nomen duce Georgio Britto, dum ex Lusitania Indiam perit, rostrata celsior Rhoterici Vastri Pereria in medio cursu repente veluti fræno equus adducto, ita substrit magno cum aqua sonitu, ac motu, qualis, vbi in vada, & syrtis incurritur, edic consuevit: eo ipso terrore percussimante, demissa utrinque boide, profundum suæ dubio mare comperiant. Cum in flatis